



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De lirbo visitationum carcerum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

De emissionem professionis fidei faciat publicum instrumentum, atq; ideo faciat mentionem de rogatu, & testibus adhibitis: & hic liber sit loco Prothocolli, quò ad hæc instrumenta tantum.

In eo describat summarie vt infra, nomen, cognomen, & patriam professoris, vel ladinmagistri.

Diem professionis fidei emisit.

Nomen Vicarij, seu delegati, in cuius manibus emisit professionem.

Scientiam & artem quam docet.

Nomen monasterij, locive, in quo degit, & docet.

Testimonium, si quod admissum sit, de professione alibi facta, & in cuius manibus.

Mandatum sumendi informationem de fide & moribus.

Testimonia ab ipso de hoc exhibita.

Approbationem, & facultatem datam docendi.

Habeat præterea filciam, in qua seruet supradictas scripturas.

De processibus, & visitationibus monialium.

**P**rocessus singuli, & acta Visitacionum Monialium, conscribantur separatim in Quinternetis, ad maiorem facilitatem deferendi ad singula monasteria cum opus est, vnum processum sine altero: & seruentur in filcijs, factò tamè manuali, ac Indicibus, vt de alijs processibus dictum est.

De processibus Regularium virorum.

**I**dem seruetur in processibus Regularium virorum, quacumq; auctoritate eos confici contigerit, si degant in claustris, aut aliàs sub obedientia superiorum Regularium.

De libro visitationum carcerum.

**H**abeat Cancellarius librum visitationis carcerum, hoc ipso nomine inscriptum; in quo describantur acta, & ordinationes omnium visitationum carcerum, quæ fiunt singulis mensibus, sub hac forma.

Die, &c. fuit facta visitatio carcerum, in qua interfuerunt omnes infra scripti, videlicet.

Describantur hic singuli qui interfuerunt, tum nomen cuiusq; carcerati cum suo decreto facto in visitatione, hoc modo.

Paulus N. decretum est dimitti cum se de iussione, &c.

Habeat hic liber Indicem alphabeticum ordine nominum carceratorum.

De libris actorum visitationum.

**L**ibri actorum visitationum sint distincti ab alijs actis, & processibus, sed in reliquis ordine supra disposito, etiam quò ad indices per singulos Notarios substitutos, qui eiusmodi acta describunt dietim: ita tamen, vt acta visitationum ab initio ipso conscribantur in folijs, sed redigantur in librum auctoritate publica, confirmatum, omnino distincta per Plebes singulas, & portas in qualibet visitatione; siltem antequam se conferat visitator ad aliam Plebem, aut vicariatum Diocesis visitandum; aut in Ciuitate implicet se alijs pluribus visitationibus.

Attestationes verò & informationes testium, & examina reorum, in libris describantur: & si quando necesse sit ad Vicarios aliquem processum transmitti, antequam redeat visitator, aut visitationis Notarius substitutus Cancellarij; mittant, retento omnino penès se originali, donec ipse Mediolanum veniat.

In causis visitationum ciuilibus, satis sit habere duos libros: alterum manualement, in quo sententiæ etiam describantur; alterum verò qui contineat informationes, & examina testium.

Itidem fiat in causis criminalibus; hoc addito, vt in libro testium ponantur etiam constituta reorum.

Sit præterea filcia, in quam hæc redigantur.

Fundationes } scilicet, quæ tunc tradentur; alioquin citanda sunt ex loco vbi Legata. } seruantur.

Inuentaria Reliquiarum, & Indulgentiarum, & indumentorum sacrorum cuiusque

Gg 2 iusque

Filcia actorum.